



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium  
Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias  
Vincentii Caraffa, Societatis Iesu Praepositi Generali,  
Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

cap. 5. De præsentia Dei per viam luminis supernaturalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

## CAP. V.

*De Presentia Dei per viam luminis super-  
naturalis Fidei.*

**P**RAXIS modi hujus in tribus consistit exercitiis: primum est illud fidei: firmiter & indubitate credendo, quod Deus & Sanctissima Trinitas, ratione immensitatis suae in omni loco praesens existat cum Natura, Attributis & Personis, Patre, Filio & Spiritu Sancto, idque tribus modis; per essentiam, praesentiam & potentiam.

Secundo, presupposita praesentia Dei intellectiva exercebis affectivam, quæ exercitii hujus pars est principalior, varios elicendo actus amoris, desiderij, resigationis, &c. additis diversis orationibus jaculatoriis per motus ignitos, & aspirationes flammigeras, ut loquitur D. Bonaventura: e.g. complacito mihi, Domine, & amo *De myst.* infinitam tuam pulchritudinem: quando concedetur *Theol.* mihi, ut eam reverear, ea que fruar & gaudeam detracto fol. 148, velamine? O si cuncti homines ejusdem haberent notitiam! O utinam non una duxtaxat mihi esset vita, sed millenæ, quas in tuum obsequium & servitium expone possem! totum me resigno Divinæ voluntati tuae dispone de me, pro ut vis & ubi placet juxta Divinum tuum beneplacitum. Deinde te convertes ad Divinas Personas, eas benedicendo & claudando, eisque æternæ & infinitas referendo gratias, repetendo frequenter hunc versiculum: *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto.* Gloria potentiae Patris, gloria sapientiae Filii, gloria bonitati Spiritus Sancti. Gratias Patri, gratias Filio, gratias Spiritui Sancto.

Et pro exercitiis hujus complemento semper in corde habebis haec sanctissima nomina, Jesus & Maria: *Hoc In valle lumen brevis est ad dicendum; sed fortius ad juvandum, dulcis ad consolandum, potens ad perducendum ad vitam eternam.* Jesus & Maria sint mecum semper in via, in omni loco, & in omni tempore, pro bona custodia, Amen.

Insuper

Insuper Christum contemplaberis præsentem in celo  
in throno gloriae, in Eucratistia, in throno Crucis, & Quan-  
tum in corde tuo, tanquam in throno amoris, quando signa  
mentalium aut spiritualium reficies communione; amando  
& benedicendo eum cum sanctissima Matre sua, et  
nasque ei agendo gratias.

Neque Fidei etiam de sunt media seu modi inventa  
Deum in creaturis, immo nobiliorem habet modum  
quoniam lumen naturale, in quantum illas considerat,  
veluti symbola, figuræ & similitudines Dei & Christi,  
quemadmodum in Sacra Scriptura ultra sensum littera-  
ralem reperiuntur alii sensus, mysticus, videlicet, &  
spiritualis: ita Magorum hoc volumen totius universi  
præter illud, quod representat sensui, demonstrat in-  
tellectui varia mysteria: etenim est liber scriptus intus  
& foris.

Si cœlum suspicias stellis exornatum, in sensu allego-  
gorico repræsentabit tibi Divinitatem, aut Humanita-  
tem Christi cum ornamentis suarum perfectionem.  
In sensu morali tibi significabit animam variis adorna-  
tum virtutibus. In sensu anagogico demonstrabit  
tibi cœlum Divinæ Essentiae, qua fruuntur Beati in  
gloria.

Ulterius. Omnis creatura aut te delectat, aut mœrore  
afficit: si te delectat, ideo Deum illam creasse recorda-  
beris, ut tibi sit symbolum & figura gaudij Paradisi:  
si te mœrore afficit, ad considerationem pœnarum  
infernalium te excitat. Antiqui SS. Patres omnes  
sub nube fuerunt & sub figura, in ordine ad statum  
gratiae: & nos sub figura quoque sumus in ordine ad  
statum gloriae.

Præterea, omnis creatura est ad documentum, quia  
inservit protuâ instructione, & ad mysterium; etenim  
creata est propter gloriam Christi. Ex omnibus igitur  
& singulis studiis clercis fructum spiritualem pro anima  
eua, pro gloria & amore Christi. Verum inter omnes  
affectionis præsentia Dei per viam desiderij nobilissima est,  
ceterisque perfectior. Hanc exercebat Apostolus,  
quando dicebat: Bonam voluntatem habemus magis  
peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum. q. d.  
eligerem

*Apoc. 6.5.*

*1. Cor. 10.  
S. T. 1. p. q.  
L. art. 10.*

*2. Cor. 5.  
I. art. 1.*

eligerem potius esse separatus à corpore proprio,  
quam à Deo : mallem aspirare ad præsentiam beatam  
claræ visionis Dei, quærere & desiderare pulchram Dei  
faciem.

Huic sancto exercitio vacabat Regius Propheta,  
quando dicebat : *Sicut anima mea ad Deum fortè Psal. 31.*  
*urum, quando veniam, & apparebo ante faciem Domini.*  
Hoc idem consulebat & suadebat illis verbis : *Quarite  
Dominum, & confirmamini : querite faciem ejus semper.*  
*Et qua est facies Dei, ait D. Augustinus, nisi præsentia  
Dei? Charitas invenit eum per fidem, & eum querit ha-  
bere per speciem.*

Hæc est occupatio & professio eorum, qui sunt veri S. Bern. at  
servi Dei, subiungit S. Bernardus ; Hæc est professio frat. de  
nostra, fratres, querere faciem Dei Iacob, querere faciem monte.  
ejus semper. Adèd necessarium est hoc desiderium al-  
terius vitæ, & claræ visionis Dei, ut, qui illius non  
habuit curam in hac vitâ, puniatur, non quidem sensus,  
sed damni pœna in purgatorio, quod idèo nuncupatum  
est, *Purgatorium Desiderij*, Purgatorium purgans de- Blof. Mo-  
festum desiderij. Causa hujus defectus alia non est, nil. spir. 6.  
nisi defectus alterius cuiusdam præsentiaz, nimirum, 13.  
propriæ cognitionis & humilitatis. Una siquidem  
cognitio attrahit alteram, cognitio propriæ trahit co-  
gnitionem Dei. Quapropter si præcellum Divinæ  
præsentiaz gradum attingere desideras, sedulò stude  
humilitati & profundæ tui ipsius cognitioni. Dices  
cum Prophetâ David : *Exquisivit te facies mea; Psal. 26.*  
*faciem tuam Domine requiram. Facies mea, mea,*  
videlicet, cognitione querit & reperit faciem & cogni-  
tionem Dei.

Tertiò, post actus internos cognitionis & amoris  
sequitur actus externus operationis. Et hic quoque  
perficiendus est in præsentia Dei ad laudem & gloriam  
ipiusmet Dei, ut animam pariter & corpus, tam per  
culum interiorem, quam exteriorem, tanquam per-  
fectum consecros holocaustum, *in odorem suavitatis*,  
*Sanctissimæ Trinitati, Patri, Filio, & Spiritui Sancto,*  
*sanctissimisque nominibus Iesu & Mariae.*

Ad:

Adhæc, per viam imaginationis formare poteris p  
sentiam Dei similem illi, quam S. Joannes in Apocalyp  
se describit. Primi itaque præsens comparebis ante Th  
ronum sanctissimæ Trinitatis, Patris, Filii & Spiritu  
Sancti. Secundò, ante Thronum Humanitatis in  
causam Christi, qui ostendit Vulnera, & sanctissimam  
Matris ejus, quæ ostendit Vbera. Tertiò, circa Th  
ronum Imaginaberis omnes Angelos, toriusque Curia cœlestis  
Incolas, qui sunt prostrati in facies suas in conspectu  
*Apoc. 7.* Throni, amicti stolis albis, & palma in manibus eorum  
& musicis instrumentis deferunt gloriam & honorem  
Domino, dicentes: Salus Deo nostro, id est, à Det  
toram nostram salutem & gloriam recognoscimus.  
Quapropter, Benedicatio & claritas & sapientia & gra  
rum actio: honor, virtus & fortitudo Deo nostro in seculi  
seculorum, Amen.

Quod si igitur orantes Sancti & Beati in facies so  
prostrati Deum adorant & laudant; quanta cum ma  
jori humilitate & propria tui confusione hoc idem a  
præstandum est? Quia de causa, propriæ mentis  
egestatis, instar mendici ante regiam Altissimi auctor  
constitutus postulabis gratiam & misericordiam: &  
potentia Patris virtutem & fortitudinem: à sapientia  
Filii lumen: à bonitate Spiritus Sancti amorem: &  
bene sanctèque operari, cognoscere & amare valeat  
idque per merita Iesu & Mariæ, per Vulnera Filij &  
Vbera Matris.

Concludam hoc caput quadam Ecclesiastici senten  
*Eccles. 14.* cia: Beatus homo, qui in sensu cogitat circumpectionem  
Dei. Beatus ille, inquit Spiritus sanctus, qui semper  
contemplatur Deum, & considerat se respici à Deo.  
Videt Deum præsentem & resplendentem. Etenim scri  
ptum est: Ego Dominus omnipotens, ambula coram me  
& es ero perfectus. Omnipotens, in Hebræo legitur,  
Sadai, quod significat: Qui sufficit, nam continet  
omne bonum. Et hoc est lucrum illud, quod reportabis  
ex præsencia Dei: omne bonum. Unde Dominus Deus,  
quoniam Patriarchæ Abraham majorem adderet stimulum  
ambulandi in præsencia sua, dixit ei: Ego omnipotens  
Ego Sadai, Ego omnes bonum: me habebis, qui sum omnis  
bonum.

*Gen. 17.*

bonum, habendo meam præsentiam. A contrario, inquit S. Augustinus, miser ille, quicunque à præsen- S. Aug.  
tia Dei alienus reperitur : *Magna hominis miseria est,*  
*cum illo non esse, sine quo non potest esse : & tamen si*  
*eius non meminit, eumque non intelligit, ac diligit,*  
*cum illo non est.* Q[uod] arc merito idem s. Doctor dole-  
bat, quod Deus fuisse ei præsens, at non ipse Deo :  
Mecum eras, & ego tecum non eram. Quoties, animalib[us] 10. conf.  
mea, hoc idem Deo dicere poteris : *Mecum es, & cap. 27.*  
*tecum non sum ? Mecum es, quia continuo me con-*  
*deras, amas, conservas in esse, & tecum non sum, non*  
*cognoscendo, amando & laudando te. Domine, Domine,*  
*afflirim Sapientiam, quam mecum laborer, mihi assistat,*  
*me regat & gubernet, sis mihi præsens, quemadmodum*  
*ego tibi : habeam te continuo præsentem in memoria,*  
*de recogitando : in intellectu te contemplando : in vo-*  
*luntate te amando : in lingua de te loquendo : in manibus*  
*pro te operando.*

Et hæc sufficiant de modo in praxia deducendi san-  
ctum hoc exercitium præsentia Dei intellectivæ,  
affectivæ & operativæ per viam luminis & ratio-  
nis naturalis, per viam fidei, & per viam imagina-  
tionis.

## CAP. VI.

### *De Præsentia Dei in interiori domo anima.*

UT de præsencia Dei breve quasi exhibeatur com-  
pendium omni die exercendum : sequentem praxin  
cum gratia Dei observare procurabo.

Construam interius in corde meo domum quandam  
mentalem tria in se comprehendentem cubicula. Pri-  
mum erit meum : secundum Christi Crucifixi : tertium  
Dei. Unde intra me tres continuas habebo præsentias :  
Præsentiam mei, Christi crucifixi, & Dei. Prima ordinabitur  
ad mortificationem : secunda ad contemplatio-  
nem : tercia ad amorem.

Domus